

1781

Medias Anatas
ozma

SS-F
2-6-15



BIBLIOTECA PUBLICA DE SORIA
SECCION DE REFERENCIA

+



B.P. de Soria



1088702

SS-F 2-6-15

BIBLIOTECA PÚBLICA DE
SECCION DE RESERVA



COPIA

DE LAS CONCESIONES

DE MEDIAS-ANATAS

A FAVOR DE LA SANTA IGLESIA DE
Osma, y otros Instrumentos concernientes
al mismo asunto.

*BULA DE INOCENCIO VIII. DE 23. DE JULIO
de 1490.*



INNOCENTIUS Episcopus servus ser-
vorum Dei ad perpetuam rei me-
moriā. Inter cætera, quę ex com-
missi Nobis Divinitus Pastoralis offi-
cii debito Nobis imminet peragen-
da, illud propensius amplectimur
per quod jure provisionis ministerio,
Ecclesię singulę, præsertim insignes Cathedrales in suis
structuris congrua instauratione, & ornamentorum mu-
nitione lætentur, ut in illorum venustate, & decore fi-
deles Altissimum conlaudantes ad ipsum in eisdem hu-
milis, & devotius venerandum peramplius inducan-
tur. Sane pro parte dilectorum filiorum Prioris, & Ca-
pituli Ecclesię Oxomensis Ordinis Sancti Augustini No-
bis nuper exhibita petitio continebat quod fructus, re-
ditus, & proventus fabricę ipsius Ecclesię, quę admo-
dum notabilis existit, sunt adeo tenues, & exiles, ut-
pote triginta librarum Turonensium parvorum secundum
communem existimationem valorem annum non exce-

Exordium.

Relatio.

A

den-

dentes ; quod ex illis Ecclesia ipsa in suis structuris, & ædificiis reparari, & ornamentis Ecclesiasticis, ac alijs etiam Ecclesię necessarijs, muniri non potest: Verum si medietas fructuum, reddituum, & proventuum omnium, & singulorum Beneficiorum Ecclesiasticorum cum Cura, & sine Cura in Civitate, & Diocesi Oxoniensi, extra tamen dictam Ecclesiam consistentium, quæ deinceps vacare contigerit, & de quibus ordinaria auctoritate dumtaxat, quibusvis Personis provisum fuerit, videlicet primi anni à tempore illorum assecutionis, per easdem Personas faciendę, computandi, fabricę dictę Ecclesię perpetuo applicarentur, profecto Ecclesia ipsa in suis structuris, & ædificiis hujusmodi reparari, & ornamentis prædictis muniri commodius valeret, idque ad Divini cultus, & fidelium devotionis argumentum cederet: Quare pro parte Prioris, & Capituli prædictorum Nobis fuit humiliter supplicatum ut medietatem fructuum, reddituum, & proventuum hujusmodi eidem fabricę perpetuo applicare, aliasque in præmissis opportunè providere de benignitate Apostolica dignaremur.

Absolutio. Nos igitur Priorem, & singulos ex Capitulo hujusmodi à quibuscumque excommunicationis, suspensionis, & interdicti alijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, medietatem fructuum, reddituum, & proventuum omnium, & singulorum Beneficiorum Ecclesiasticorum in Civitate, & Diocesi prædictis, extra tamen dictam Ecclesiam consistentium, quæ deinceps perpetuis temporibus vacare contigerit, & de quibus ordinaria auctoritate quibusvis Personis provisum fuerit, videlicet primi anni à tempore assecutionis eorundem computandi dumtaxat, præfatę fabricę, dilecti Filij nostri Raphaelis Sancti Georgij ad velum aureum Diaconi Cardinalis, qui dictę Ecclesię ex concessione Apostolica præest, expresso

ad

ad hoc accedente assensu, auctoritate Apostolica tenore præsentium applicamus. Ita quod liceat Magistro fabricæ dicte Ecclesiæ, qui pro tempore fuerit, per se, vel alium, seu alios, medietatem fructuum, reddituum, & proventuum hujusmodi propria auctoritate petere, & exigere, ac in usus, & utilitatem fabricæ, & ornamentorum hujusmodi convertere, cujusvis licentia super hoc minime requisita; non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ absolutionis, & applicationis infringere, vel ei ausu temerario contra ire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum. Dat. Romę apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicæ millesimo quadringentesimo nonagesimo, decimo Kalendas Augusti Pontificatus nostri anno sexto.

Conclusio.

Commissio

1490



BULA DEL MISMO PAPA PARA LA
la egecucion de la antecedente el proprio
dia, mes, y año.

Conclusio

INNOCENTIUS Episcopus servus servorum Dei. Dilectis filiis Sancti Dominici de Silos, & B. Mariæ de la Vid, Burgensis, & Oxomensis Diocesis, Monasteriorum Abbatibus, ac Thesaurario Ecclesiæ Palentine salutem, & Apostolicam benedictionem. Hodie medietatem fructuum, reddituum, & proventuum omnium, & singulorum Beneficiorum Ecclesiasticorum, cum cura, & sine Cura in Civitate, & Diocesi Oxomensi, extra tamen Ecclesiam Oxomensem consistentium, quæ deinceps perpetuis temporibus vacare contin-

Relatio.

tingeret, & de quibus Ordinaria auctoritate quibusvis Personis provissum foret, videlicet primi anni à tempore assecutionis eorundem computandi, dumtaxat, fabricæ dictæ Ecclesiæ Apostolica auctoritate applicavimus, ita quod liceret Magistro fabricæ dictæ Ecclesiæ, qui pro tempore foret, per se, vel alium, seu alios medietatem fructuum, reddituum, & proventuum hujusmodi propria auctoritate petere, & exigere, ac in usus, & utilitatem dictæ fabricæ, ac munitionem ornamentorum Ecclesiasticorum ejusdem Ecclesiæ convertere, & applicare, Diocæsani Loci, & cujusvis alterius licentia super hoc minime requisita, prout in nostris inde confectis Litteris plenius continetur. Quocirca Discretioni vestræ per Apostolica scripta mandamus quatenus Vos, vel duo, aut unus vestrum, si, & postquam dictæ Litteræ vobis præsentatæ fuerint, per vos, vel alium, seu alios eidem Magistro fabricæ in præmissis efficacis defensionis præsidio asistentes, faciatis medietatem fructuum, reddituum, & proventuum hujusmodi pacifica perceptione perpetuo gaudere, non permitentes eum super hujusmodi perceptione per quoscumque quomodolibet molestari: contradictores per censuram Ecclesiasticam appellatione postposita, compescendo, invocato ad hoc, si opus fuerit, auxilio Brachij sæcularis. Non obstantibus omnibus quæ in dictis Litteris volumus non obstare. Aut si aliquibus communiter, vel divisim ab Apostolica sit Sede indultum quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint, per Litteras Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicæ millesimo quadragesimo nonagesimo, decimo Kalendas Augusti Pontificatus nostri anno sexto.

Commissio.

Conclusio.

ESTATUTO DEL SEÑOR OBISPO, Y

*Cabildo de la Santa Iglesia de Osma
en 11. de Agosto de 1522.*

NOS Alphonsus Enriquez Dei, & Apostolicæ Sedis gratia Episcopus Oxomensis, ac Præsident, Canonici, & Capitulum Ecclesiæ Oxomensis in Capitulo ejusdem Ecclesiæ secundum morem congregati, considerantes fructus, redditus, & proventus ipsius Ecclesiæ adeo tenues fore quod ad ædificia, & eorum reparationem, ac aliarum rerum Divino cultui necessariorum munitionem ejusdem Ecclesiæ juxta ejus, quæ in partibus istis insignis admodum existit, exigentiam, commodè non sufficiant, & quod earum fabrica, cui alias medietas omnium, & singulorum reddituum, & proventuum primi anni Beneficiorum Ecclesiasticorum in Diocesi Oxomensi pro tempore vacantium ordinaria auctoritate collatorum, quoties vacare, & provideri contingisset Apostolica auctoritate, prout in Litteris Apostolicis desuper confectis dicitur plenius contineri, applicata extitit, ex applicatione hujusmodi, pro eo quod obstantibus reservationibus tam generalibus quam specialibus, gratiis expectativis, unionibus Beneficiorum, & aliis ipsorum Beneficiorum dispositionibus, quæ per Romanos Pontifices ad instantiam Principum, & multorum importunitatem, vel alias passim his temporibus fiunt, & conceduntur, nulla, vel admodum pauca Beneficia ordinaria auctoritate conferri contingit, nulla, vel pauca admodum emolumenta percipit, attentis paupertate, & magnis oneribus fabricæ hujusmodi, & alijs præmissis, ac quod eidem fabricæ commodius quam infrascripto modo providere posse non speramus, & ex alijs justis causis moti, statuimus, & ordinamus, quod ex nunc perpetuis futuris temporibus fabrica dicte Ecclesiæ pro reparatione, & conservatione ædificiorum, ac munitione rerum ad Divinum cultum pertinentium, percipiat

Relatio.

Causa.

Statutum.

medietatem omnium, & singulorum fructuum, redituum, & proventuum primi anni omnium, & singulorum Beneficiorum Ecclesiasticorum qualitercumque qualificatorum in Diocesi Oxomensi consistentium pro tempore, ubicumque, & quandocumque, ac præterquam ex causa permutationis, quomodocumque vacantium, quoties illa vacare contigerit, medietatemque fructuum reddituum, & proventuum hujusmodi ex nunc eadem fabricæ tenore præsentium perpetuo applicamus, & appropriamus, dantes facultatem Operario dictæ fabricæ pro tempore existenti, medietatem fructuum, reddituum, & proventuum hujusmodi nomine dictæ fabricæ petendi, exigendi, & recipiendi absque aliquo alio mandato, seu provisione. In quorum omnium, & singulorum fidem, & testimonium præmissorum præsentibus litteras, sive præsens publicum statuti instrumentum ex inde fieri, & per Notarium publicum Capituli prædictæ nostræ Ecclesiæ Secretarium infrascriptum subscribi, & publicari mandavimus, sigillique prædicti Capituli jussimus, & fecimus appensione communiri. Datum, & actum in Capitulo prædictæ Ecclesiæ Oxomensis sub anno à Nativitate Domini millesimo quingentesimo vigesimo secundo die vero undecima mensis Augusti. Præsentibus ibidem Discretis Viris Joanne Jibaja, ac Didaco de Toro, & Petro Prieto Cappellanis dictæ Ecclesiæ testibus ad præmissa vocatis specialiter atque rogatis.

Conclusio.

1522

CONFIRMACION DEL ESTATUTO
*antecedente por el Penitenciario Apostolico con
 especial Comision de S. S. en 7. de
 Abril de 1523.*

LAURENTIUS miseratione Divina Titulo Sanctorum quatuor Coronatorum Presbyter Cardinalis Dilectis in Christo Præsidenti, & Capitulo Ecclesiæ Oxomensis salutem in Domino. Cum à Nobis pe-

ti-

titur quod justum est, & honestum, tam vigor æquitas, quam ordo postulat rationis, ut id per nostri officii sollicitudinem ad debitum perducatur effectum. Sanè exhibita nobis pro parte vestra petitio continebat, quod alias Venerabilis in Christo Pater Dominus Alphonsus Dei gratia Episcopus, ac Præsident, & Canonici Ecclesiæ Oxomensis in Capitulo ejusdem Ecclesiæ secundum morem congregati provide considerantes fructus, redditus, & proventus ipsius Ecclesiæ adeo tenues fore quod ad ædificia, & eorum reparationem ac aliarum rerum Divino cultui necessariorum munitionem ejusdem Ecclesiæ juxta ejus quæ in Partibus illis insignis admodum existit exigentiam, commode non sufficiebant, & quod eadem fabrica, cui aliàs medietas omnium, & singulorum reddituum, & proventuum primi anni Beneficiorum Ecclesiasticorum in Diocesi Oxomensi pro tempore vacantium auctoritate ordinaria collatorum, quoties vacare, & provideri contigisset, Apostolica auctoritate pro ut in Litteris Apostolicis desuper confectis dicitur plenius contineri, applicata existit, ex applicatione hujusmodi pro eo quod obstantibus reservationibus tam generalibus quam specialibus, gratiis spectativis, unionibus Beneficiorum, & aliis ipsorum Beneficiorum dispositionibus, quæ per Romanos Pontifices ad instantiam Principum, & multorum importunitatem, vel alias passim his temporibus fiunt, & conceduntur, nulla, vel admodum pauca Beneficia Ordinaria auctoritate conferri contingit, nulla, vel admodum pauca emolumenta percipit, attentis paupertate, & magnis oneribus fabricæ hujusmodi, & aliis præmissis, ac quod eidem fabricæ commodius quam infrascripto modo provideri posse non sperabant, & forsitan ex aliis justis causis moti, statuerunt, & ordinarunt, quod ex tunc perpetuis futuris temporibus fabrica dictæ Ecclesiæ pro reparatione, & conservatione ædificiorum, ac munitione rerum ad Divinum cultum pertinentium perciperet medietatem omnium, & singulorum fructuum, reddituum, & proventuum primi anni omnium,

Exordium.

Relatio Statuti.

*Confirmatio
Statuti.*

*Relatio Statuti
pro Decano
huius Ec-
clesiæ.*

&


& singulorum Beneficiorum Ecclesiasticorum qualiter-
 cumque qualificatorum in Diœcesi Oxomensi consisten-
 tium, pro tempore ubicumque, & quodcumque, ac
 præterquam ex causa permutationis, quomodocumque
 vacantium, quoties illa vacare contigerit, medietatem
 fructuum, reddituum, & proventuum hujusmodi extunc
 eidem fabricæ applicando, & appropriando; dantes fa-
 cultatem Operario dictæ fabricæ pro tempore existenti me-
 dietatem fructuum, reddituum, & proventuum hujusmodi,
 nomine dictæ fabricæ petendi, exigendi, & recipiendi
 absque aliquo alio mandato, seu provissione, prout in ins-
 trumento desuper confecto dicitur plenius contineri.
 Cum autem sicut eadem subjungebat petitio Vos pro
 statuti hujusmodi subsistentia firmiori desideretis illud
 Apostolicæ confirmationis munimine roborari, supplica-
 re fecistis humiliter vobis super his per Sedem Apostoli-
 cam misericorditer provideri. Nos igitur vestris in hac
 parte supplicationibus inclinati, auctoritate Domini Pa-
 pæ, cujus Pœnitentiariæ curam gerimus, & de ejus spe-
 ciali mandato super hoc vivæ vocis oraculo nobis facto,
 statutum hujusmodi, ac prout illud concernunt omnia,
 & singula in dicto instrumento contenta, alias licita, &
 honesta, & Sacris Canonibus non contraria, prout pro-
 vide facta sunt, veris existentibus præmissis, tenore præ-
 sentium approbamus, & confirmamus, ac perpetuum
 firmitatis robur obtinere debere decernimus, supplen-
 tes omnes, & singulos defectus, si qui forsan interve-
 nerint in eodem. Quocirca Discreto Viro Decano dic-
 tæ Ecclesiæ Oxomensis commitimus, & mandamus qua-
 tenus per se, vel alium, seu alios dictæ fabricæ, & illius
 Operario in præmissis efficacis defensionis præsidio assis-
 tens, faciat fabricam, & Operarium hujusmodi appro-
 batione, confirmatione, decreto, & suppletionem præ-
 dictis pacifice frui, & gaudere, sibi que de medietate
 fructuum, reddituum, & proventuum hujusmodi inte-
 gre respondere, non permitens fabricam, & Opera-
 rium prædictos super eisdem præmissis, vel eorum ali-
 quo

*Confirmatio
 Statuti.*

*Judex execu-
 tor Decanus
 hujus S. Ec-
 cles.*

9
quo per loci Ordinarium, vel ejus Vicarium, seu Of-
ficialem, aut dictorum Beneficiorum pro tempore Be-
neficiatos, vel quoscumque alios, tam Ecclesiasticos,
quam Sæculares Judices, & Personas cujuscumque sta-
tus, gradus, ordinis, vel conditionis fuerint, & qua-
cumque etiam Pontificali præfulgeant Dignitate, vel
auctoritate, etiam Apostolica fungantur, quovis quæsi-
sito colore, vel ingenio, quomodolibet molestari, pertur-
bari, aut inquietari: Contradictores quoslibet, & rebel-
les per censuram Ecclesiasticam, & alia juris opportu-
na remedia, appellatione postposita, compescendo; in-
vocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio Brachij sæ-
cularis, non obstantibus constitutionibus, & ordinationi-
bus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque.
Dat. Romæ apud S. Petrum sub sigillo Officii Pœniten-
tariæ septimo Idus Aprilis Pontificatus Domini Clemen-
tis Papæ VII. anno primo.

Conclusio.



*EL PAPA PAULO III. EN LA BULA DE
Secularizacion de esta Santa Iglesia el dia 15. de
Marzo de 1536. año segundo de su Pontificado
pone esta Clausula por lo respectivo
à Medias-Anatas.*

NECNON ad consulendum necessitati ipsius fa-
bricæ, quod medietas fructuum, reddituum, &
proventuum quorumcumque Beneficiorum Ec-
clesiasticorum qualitercumque qualificatorum in Dicece-
si Oxomensi existentium, ubicumque, & quandocum-
que præterquam ex causa permutationis pro tempore
vacantium, & vacaturorum pro primo anno vacationis
illorum eidem fabricæ pro reparatione, & conservatio-
ne ædificiorum, ac manutentione, & fulcimento orna-
men-

mentorū, & aliarum ad Divinum cultum necessariorum dictæ Ecclesiæ perpetuè applicarentur, & appropriarentur, statuerint, & ordinaverint, necnon statuta, & ordinationes hujusmodi per Sedem Apostolicam, approbari, & confirmari obtinuerint, prout in patentibus ipsorum Episcopi, & Capituli super supresione, extinctione, erectione, institutione, ac statutorum, & ordinationum editione, necnon Apostolicis Litteris super approbatione, & confirmatione prædictis confectis dicitur plenius contineri.



EN LO DECISIVO DE ESTA MISMA

Bula, hay otra Clausula al proprio asunto, que es esta.

NECNON statuta, & ordinationes, de disponendo de bonis prædictis, legata prius dictæ fabricæ summa pecuniarum prædicta, ac applicationis medietatis fructuum vacaturorum Beneficiorum prædictorum, eidem fabricæ per Episcopum, et Capitulum præfatos, ut præfertur, factas, & edita prædicta, ac prout illa concernunt omnia, & singula alia in dictis desuper confectis Litteris contenta, licita, & honesta, ac inde secuta quæcumque, ex simili scientia, eisdem auctoritate Apostolica, & præsentium tenore approbamus, & confirmamus, & dictæ Sedis auctoritate, & patrocinio communimus, illaque valida, & efficaciam existere, ac perpetuæ firmitatis robur obtinere debere; & ea non observantes, ac eis in aliquo quomolibet contravenientes, censuras, & pænas in illis contentas, seu per ipsos Episcopum, et Capitulum desuper statuendas incurrere, et ab illis non nisi per Nos, aut Romanum Pontificem, seu Episcopum Oxomensem pro tempore existentem absolvi non posse decernimus; om-

nesque , et singulos tam juris, quam facti , ac etiam substantialium solemnitatum formaliter forsitan non servatarum , seu in partem, vel in totum omissorum defectus, si qui forsitan intervenerint in eisdem, supplementum, ac pro potiori cautela , præmissa omnia eisdem modo, et forma, prout per eosdem Episcopum, et Capitulum gesta, statuta, et ordinata fuerunt, de novo facimus, ac statuimus, et ordinamus. :::::



BREVE DEL MISMO PONTIFICE EN QUE
confirma la Bula de Innocencio VIII. y el
Estatuto sobre Medias-Anatas.

PAULUS Papa tertius ad perpetuam rei memoriam. Aliàs postquam felicis recordationis Innocentius Papa octavus Prædecessor noster sibi pro parte tunc Prioris, et Capituli Ecclesiæ Oxomensis exposito, quod fructus, redditus, et proventus fabricæ ejusdem Ecclesiæ, quæ inter cæteras Cathedrales Ecclesias Regni Castellæ admodum celebris, et Insignis existit, adeo tenuous erant, quod ex illis Ecclesia ipsa in suis structuris, et ædificiis reparari, et ornamentis Ecclesiasticis, ac aliis eidem Ecclesiæ necessariis fulciri non poterat, supplicationibus dictorum Prioris, et Capituli inclinatus, medietatem fructuum, reddituum, et proventuum omnium, et singulorum Beneficiorum Ecclesiasticorum in Civitate, et Diocesi Oxomensi, extra tamen dictam Ecclesiam, consistentium, quæ ex tunc deinceps perpetuis futuris temporibus vacarent, et de quibus ordinaria auctoritate quibusvis Personis provideretur, videlicet primi anni illorum assecutionis, et expresso consensu bonæ memoriæ Raphaelis Sancti Georgii ad velum aureum Diaconi Cardinalis, qui tunc dic-

*Relatio Bul-
 læ Innocen-
 tij VIII.*

*probatum
 statuti per
 eundem P.
 factæ in Bul-
 læ de medi-
 etate huius
 Ecclesiæ.*

Relatio statutum per Episcopum, & capitulum Oxomensis. Ordin.

*Relatio Bul-
-læ
-læ
Relatio ap-
probationis
statuti per
eundem P.P.
factæ in Bul-
la Sæculari-
zationis hu-
jus Ecclesiæ.*

tæ Ecclesiæ ex concessione Apostolica præsidebat, Apostolica auctoritate per suas litteras applicaverat; et deinde tunc Episcopus, et Capitulum dictæ Ecclesiæ provide considerantes pauca Beneficia in Civitate, et Diœcesi prædictis, stantibus reservationibus, et provisionibus, ac aliis etiam præventivis gratiis Apostolicis, ordinaria auctoritate conferri, et propterea Litteras prædictas eidem fabricæ parum utilitatis afferre, Capitulariter ad id Congregati, quod ex tunc deinceps in perpetuum fabrica prædicta pro reparatione, et conservatione illius ædificiorum, ac munitione rerum ad Divinum cultum inibi pertinentium, medietatem omnium, et singulorum fructuum, reddituum, et proventuum Beneficiorum Ecclesiasticorum qualitercumque qualificatorum in dicta Diœcesi Oxomensis consistentium, ubicumque, et quodcumque, ac præterquam ex causa permutationis, quovis modo pro tempore vacantium, et quam Episcopus, et Capitulum præfati eidem fabricæ ex tunc ordinaria auctoritate applicarunt, et appropriarunt, perciperet, et levaret, statuerant, et ordinaverant, ac subcesive statutum, et ordinationem hujusmodi Apostolica auctoritate approbari, et confirmari obtinuerant. Nos supplicationibus Prioris, et Capituli dictæ Ecclesiæ inclinati, statutum, et ordinationem, ac applicationem medietatis fructuum vacantium Beneficiorum hujusmodi eidem fabricæ per dictos Episcopum, et Capitulum, ut præmittitur, facta approbavimus, et confirmavimus, ac omnes, et singulos juris, et facti, ac etiam solemnitatum substantialium defectus, si qui in præmissis intervenissent, supplevimus per alias nostras sub plumbo confectas litteras, prout in illis plenius continetur. Cum autem sicut dilecti Filii moderni Prior, et Capitulum ejusdem Ecclesiæ nobis nuper exponi fecerunt, fabrica prædicta in vim litterarum, et statutum, ac confirmationum hujusmodi medietatem omnium, et singulorum fructuum, reddituum, et proventuum primi anni quorumcumque Beneficiorum Ecclesiasticorum in Civitate, et Diœcesi prædictis, extra

tra

tra tamen Cathedralē, et S. Petri de Soria, ac de Roa ejusdem Diocesis Collegiatis Ecclesias, consistentium, quoad illarum Præbendas, et Beneficia stallum, et residentiam in illarum Choro habentium ante statutum, et illius confirmationem hujusmodi, ordinaria, et post dicti statuti editionem, ejusque confirmationem tam dicta Ordinaria, quam Apostolica auctoritatibus pro tempore collatorum cujuscumque taxæ, quantitatis, et valoris essent, et per cessum, (non tamen ex causa permutationis) vel decessum, aut aliter quovis modo, tam in Romana Curia, quam extra eam, et tam in Ordinariis, quam Apostolicæ Sedi reservatis mensibus, pro tempore vacantium perceperit, et levaverit; ac interdum cum Beneficiatis pro illorum commoditate super solutione, seu perceptione hujusmodi medietatis fructuum, etiam quando fructus eorundem Beneficiorum illa resignantibus reservari contingit, post cesationem dictæ reservationis composuerint, & concordaverint, et si illi quibus de dictis Beneficiis vacantibus, ex quorum fructibus annata Camerae Apostolicæ, et illius officialibus debetur, cum in hujusmodi solutione annatæ, in solutione ejusdem medietatis fructuum pro fabrica prædicta graventur, medietatem fructuum omnium, et singulorum Beneficiorum in Civitate, et Diocesi prædictis pro tempore vacantium, quorum medietas, seu dimidia annata, et jura Camerae prædictæ non debetur primi anni; si vero dicta annata in Curia aliquo respectu debeatur, non primi, sed secundi anni immediatè sequentis post vacationem Beneficiorum eorundem persolverent. Præfecto fabricæ, indemnitati, et Beneficiorum prædictorum commoditati plurimum consulere; pro parte dictorum Prioris, et Capituli Nobis fuit humiliter supplicatum, ut in præmissis oportune providere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur quoslibet ex Priore, et Capitulo præfatis, à quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, et pœnis à jure, vel ab

Concessio in
perpetuum.

Si Dimidia
annata primi
anni debetur
Camerae Apostolicæ
et illius officialibus
debetur
primi anni.

Justus fuit
cultus
Commissarius.

Absolutio.

*Concessio in
perpetuum.*

*Si Dimidia
annata primi
anni debetur
Cameræ Apos-
tolicæ, solva-
tur fabricæ
secundi anni.*


*Judices Exe-
cutores, &
Comissarij.*

similiter.

homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum presentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, et absolutos fore censes, necnon applicationem medietatis fructuum, ac statutum, et ordinationem hujusmodi quoad infrascripta limitantes, & declarantes, hujusmodi supplicationibus inclinati, *quod deinceps perpetuis futuris temporibus* fabricæ Ecclesiæ hujusmodi, vel pro ea agentes, medietatem omnium, et singulorum fructuum, reddituum, et proventuum quorumcumque Beneficiorum Ecclesiasticorum cum Cura, et sine Cura, ac Præstimoniis, seu Præstimonialium portio- num, et Cappellaniarum, et alias qualitercumque qualificatorum, ut præmititur, ac alias quovis modo pro tempore vacantium, si illorum ratione dimidia annata Cameræ Apostolicæ, vel illius Officialibus prædictis non debeatur, primi anni; si vero quovis prætextu annata ipsa debita fuerit, non primi, sed secundi anni post vationem Beneficiorum hujusmodi immediate sequentis; alias juxta singularum Litterarum, ac statuti, et confirmationis huiusmodi tenorem, percipiat, et percipere possit: Sicque per quoscumque Judices, et Commissarios quavis auctoritate fungentes, sublata eis quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, interpretari, atque decidi debere. Necnon irritum, et inane, si secus super hijs á quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari; auctoritate Apostolica, tenore præsentium decernimus, et declaramus. Quo circa dilectis Filiis Abbati Monasterii S. Petri extra muros de Gumiel de Izàn, Cisterciensis Ordinis, ac Oxomensis, necnon Collegiæ de Soria Oppidorum Oxomensis Dioecesis Ecclesiarum Decanis, per præsentis committimus, et mandamus quatenus ipsi, vel duo, aut unus eorum per se, vel alium, seu alios, præsentis litteras, et in eis contenta quæcumque ubi, et quando expediens fuerit, ac quoties pro parte Prioris, et Capituli, seu Agentium pro fabrica hu-

hujusmodi, vel alicujus eorum desuper fuerint requisiti, solemniter publicantes, eisque in præmissis efficacis defensionis præsidio asistentes, faciant eadem auctoritate nostra præsentibus litteras, et in eis contenta hujusmodi plenum effectum sortiri, ac ab omnibus inviolabiliter observari. Non permitentes quemquam contra illarum tenorem quomodolibet indebitè molestari: Contradiçtores per Censuras Ecclesiasticas, et alia juris opportuna remedia, appellatione postposita, compescendo, ac Censuras prædictas, etiam iteratis vicibus agravando, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio Brachii Sæcularis, non obstantibus præmissis, ac piæ memoriæ Bonifacii Papæ octavi, etiam Prædecessoris nostri de una, et in Concilio generali edita de duabus Dietis, dummodo ultra tres Dietas aliquis auctoritate præsentium ad iudicium non trahatur, et aliis Apostolicis, ac in Provincialibus, et Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, necnon privilegiis, iudultis, et Litteris Apostolicis per Nos, et Sedem Apostolicam sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis clausulis, etiam derogatoriis derogatoriis, et decretis etiam irritantibus pro tempore concessis, et confirmatis, ac etiam iteratis vicibus innovatis, quibus omnibus, etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, et individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut alia exquisita forma ad hoc servanda foret, et in eis caveatur, expressèque illis nullatenus derogari possit, tenores hujusmodi ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso, et forma in illis tradita observata, inserti forent, præsentibus pro sufficienter expressis, et insertis habentes, illis, alias in suo robore permansuris, hac vice duntaxat, harum serie specialitèr, et expressè derogamus, contrariis quibuscumque; seu si aliquibus communitèr, vel divissim ab eadem sit Sede indultum quod in-

interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per Litteras Apostolicas non facientes plenam, et expressam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum sub anullo Piscatoris die prima Maii, millesimo quingentesimo quadragesimo secundo Pontificatus nostri anno octavo.



LITTERÆ EXECUTORIALES SUPER
solutione annatarum contra Cleros de Soria, & Archipresbiteratus de Gomara, Rabanera, & del Campo cum insertione sententiæ
Rotalis.

ILLUSTRISSIMO, et Serenissimo, ac Catholico Principi, et Domino Domino Philippo Divina favente Clementia Hispaniarum, et Neapolis Regi, et aliorum Regnorum, ac Dominiorum vestrorum felicitis prosperitatis augmentum: Necnon Reverendissimis, et Reverendis in Christo Patribus, et Dominis, Dominis Dei, et Apostolicæ Sedis gratia Toletano Archiepiscopo, ac Burgensi, et Oxomensis Episcopis, eorum, et cujuslibet ipsorum in spiritualibus, & temporalibus Vicariis, seu Officialibus generalibus; Curieque Causarum Camerae Apostolicæ generali Auditori, ejusque Vice-Auditori, seu locum tenenti: Universis quoque, et singulis Dominis Abbatibus, Prioribus, Prepositis, Decanis, Archidiaconis, Scholasticis, Archipresbyteris, Primiceriis, Cantoribus, Custodibus, Thesaurariis, Succentoribus, Sacristis, tam Cathedralium, et Metropolitanarum, quam Collegiatarum Canonicis; Parochialiumque Ecclesiarum Rectoribus, seu loca tenentibus; eorumdem Plebanis, Vice-Plebanis, Cappellanis, Curatis, et non Curatis; ac Monasteriorum Ordinum quorumcumque Generalibus, Provincialibus, Ministris, Prioribus, Vicariis, Guardianis,

Cus-

Exordium.

Custodibus, Fratribus, Monachis; S. Joannis Hierosolimitani, B. M. Theutonicorum, & S. Jacobi de Sparta Magistris, Commendatoribus, Præceptoribus, Baylinis, eorumque necnon Prædicatorum, Minorum, Heremitarum S. Augustini, & B. M. Carmelitarum, ac aliorum Ordinum quorumcumque, Domorum, & Conventuum, Fratibus Regularibus, & Conventualibus, exemptis, & non exemptis; cæterisque Presbyteris, Clericis, Notariis, & Tabellionibus publicis, ac fructuum, proventuum Cameræ Apostolicæ debitorum Collectoribus, & Sub-Collectoribus, pro tempore existentibus quibuscumque per dictorum Archiepiscopi, & Episcoporum Provincias, & Civitates, & Dioceses, ac alias ubilibet constitutis, & eorum cuilibet in solidum. Necnon Illustribus Principibus, & Magnificis Viris, Dominis, Ducibus, Marchionibus, Lantgravijs, Comitibus, Varonibus, Vice-Comitibus, Militibus, Militaribus, Nobilibus, Armigeris, Domicelliis, Burggraviis, Senescallis, exercituum, & armorum Conductoribus, Capitaneis, Potestatibus, Prioribus, Marescalibus, Castellanis, Proconsulibus, Consulibus, Scabinis, Judicibus, Justiciariis, Scultetis, Advocatis, ac Curiarum quarumcumque, tam spiritualium, quam temporalium, terrarumque, Civitatum, Oppidorum, Castrorum, Suburbiorum, Villarum, & Universitatum quarumcumque Majoribus, Rectoribus, & Præfectis; necnon Servientibus, Clientibus, Scribis, Præconibus, & Officialibus; cæterisque Dominis, & Personis jurisdictionem spiritua-lem, & temporalem, & ordinariam per se, vel alium, seu alios, mediate, & immediate ubicumque pro tempore exercentibus, & constitutis, & cuilibet eorum in solidum: Et præsertim quibusdam Reverendis Dominis Clericis, & Archi-Presbyteris de Gomara, & Rabanera, del Campo ex adverso principalibus in commisione, & sententia infrascriptis ex adverso principaliter nominatis, omnibusque aliis, & singulis, quorum interest, intererit, aut interesse poterit quomodolibet in fu-

turum quibuscumque nominibus censeantur, aut quacumque præfulgeant Dignitate. JULIUS ORADINUS Rotæ Decanus, juris utriusque Doctor, SS.mi. Dñi. nostri Papæ Cappellanus, & ipsius Sacri Palatij Apostolici Causarum Auditor, & Executor unicus ad infrascripta á Sede Apostolica specialiter Deputatus, salutem in Domino, & nostris hujusmodi, imo verius Apostolicis, firmiter obedire mandatis. Noveritis quod dudum felicitis recordationis Pius Divina Providencia Papa Quartus quamdam comissionis, sive supplicationis papiri cedulam Nobis per certum suam Cursorem præsentari fecit, quam Nos cum ea qua debemus reverentia recepimus hujusmodi sub tenore, videlicet: BEATISSIME PATER: Licet Capitulum generale, & Clerus Oppidi Civitatis de Soria vulgariter nuncupati, & Archi-Presbyteri de Gomara, Rabanera, & del Campo, & dictæ Civitatis de Soria Oxomensis Diocesis S. U. devoti Oratores non teneantur ad aliquas annatas, quas Ecclesia Cathedralis Matrix Oxomensis, ac Operarius, & Fabrica, & Capitulum dictæ Ecclesiæ Oxomensis prætendunt percipere ex omnibus introitibus Beneficiorum pro tempore, quomodolibet vacantium in dicto Episcopatu Oxomensis, etiam quod de dictis Beneficiis sit provissum apud Sedem Apostolicam; & quod ibi sit soluta dimidia annata; etiam quod valor dictorum Beneficiorum non ascendat ad summam viginti quatuor ducatorum: Nihilominus tam dictus Operarius fabricæ, ac etiam dictum Capitulum eosdem oratores molestare, vexare, & perturbare non erubuerunt, sicut & forsitan non erubescunt de præsentis, in grave dictorum Oratorum damnum, & præjudicium non parum: Et quia Pater Sancte expedit dictos Oratores à prædictis molestiis via juris liberari, justitiæque complementum desuper consequi, ideo ad ipsorum Oratorum preces dignetur Sanctitas vestra causam, & causas, quam, & quas dictum Capitulum generale, Clerus, Archi-Presbyteri de Gomara, Rabanera, del Campo, & Oppidi de Soria Oratores, ac qui-

*Supplicatio
Cleri de So-
ria, & trium.*

libet illorum simul, vel separatim habent, & movent, habereque, & movere volunt, & intendunt contra, & adversus dictum Operarium fabricæ, ac ipsam fabricam, & Capitulum Cathedralis Ecclesiæ Oxomensis, omnesque alios, & singulos sua communiter, vel divissim interesse putantes, ac in decreto, seu executione citationis præsentium vigore, ad Partes decernendas, latius exprimendos, & nominandos, de, & super dictis prætensis Annatis, ac illorum indebita exactione, & quod ad illas, nec illo modo quo petuntur, aliquorum Oratores, nec aliquis illorum non teneantur; libertateque, & absolute eorundem Oratorum ab impetitione annatarum præfatarum, restitutioneque illarum, si forsitan aliquas exegerint, rebusque aliis in actis causæ, & causarum hujusmodi latius deductis; & in articulis primo, & subcesive dandis, latius deducendis, alicui ex R.P.D. vestri Sacri Palatii Apostolici causarum Auditori, seu locum tenenti, & tam conjunctim, quam divissim summarie &c. & prout in Beneficialibus committere, & mandare, audiendas, cognoscendas, decidendas, fineque debito terminandas, cum omnibus, & singulis suis incidentiis, dependentiis, emergentiis, annexis, & connexis, ac advocatione omnium, & quarumcumque causarum in partibus pendentium, quatenus legitime instructæ non sint, cum potestate dictos Operarium fabricæ, ac ipsam fabricam, & Capitulum Cathedralis, omnesque alios, & singulos suprascriptos generalibus clausulis comprehensos, in Romana Curia, extra eam, & in partibus, etiam per edictum publicum, constituto summarie, & extrajudicialiter de non tuto accessu, & toties quoties opus fuerit, citandi, ac illis, & quibusvis aliis Judicibus, & Personis quacumque auctoritate fungentibus, etiam si Episcopali, vel Archiepiscopali præfulgeant Dignitate, sub majoribus excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis pecuniariis ejus arbitrio imponendis, & applicandis, & etiam simili edicto inhibendi; & in eventum non

partitionis, sententias, censuras, & pœnas prædictas in rebelles, & inobedientes agravandi, reagrandi, interdictum Ecclesiasticum apponendi, & auxilium Brachii Sæcularis implorandi; Oratoresque ipsos à quibuscumque sententiis, censuris, & pœnis, si forsan occasione præmissorum quomodolibet innodati existant, simpliciter, vel ad cautelam, & per se, vel alium, seu alios auctoritate omnia absolvendi, cæteraque in præmissis, & circa ea quomodolibet necessaria, & opportuna faciendi, dicendi, gerendi, & exercendi, præmissis, atque constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis stilo Palatii, juribus; quodque causa, seu causæ hujusmodi non sint ad ipsam Curiam legitimè devolutæ, nec in ea de sui natura, aut juris necessitate tractandæ, aut finiendæ non existant; cæterisque in contrarium facientibus, non obstantibus quibuscumque. Statum, & meritum causæ, & causarum hujusmodi, & aliorum hic exprimi necessariorum tenores, continentias, & formas, pro plene, & sufficienter expressis habentes. Quæ quidem Commissio in ejus fine sic reperiebatur signata: De mandato Domini nostri Papæ audiat Magister JULIUS, citet, inhibeat, etiam sub censuris, & pœnis; etiam per edictum, constito summarie &c. de non tuto accessu, absolvat etiam ad cautelam; procedat ut petitur, & justitiam faciat. Placet Domino nostro Papæ. Thomas Feltrensis. Cujus quidem Commissionis vigore Nos in causa, & causis hujusmodi, in, & ad Romanam Curiam coram nobis legitime introductis, & devolutis, ac inter Partes in eadem Commisione contentas, seu verius earum Procuratores, rite, et legitime processu, tandem prædicti Reverendi Domini Archi-Presbyteri, et Clerici de Gomara, Ravanera, et del Campo ex adverso Principales in eadem præinserta nobis facta, et præsentata commissione, ex adverso principaliter nominati, volentes litem contractus, et distratus evitare, et sumptibus, ac expensis, quas propter litem ipsam subituri forsan forent, parcere, et abstinere, lite, causa, et diferentiâ, de quibus

in

Commissio.

in præinserta commissione, et in actis causæ hujusmodi latius deductis, omnibus melioribus modo, via, jure, causa, & forma, quibus melius potuerunt, sponte, & libere cesserunt, ac renuntiarunt; cuius litis, & cesionis, & renuntiationis publici instrumenti tenor per nos viis brevitatis omissus, consequenter nos in causa, & causis hujusmodi, ac negotio prædicto rite, & legitime procedere volentes, ad prædictorum Reverendorum Dominorum Prioris Capituli, ac Operarii fabricæ Ecclesiæ Cathedralis Oxomensis Principalium instantiam, servatis servandis, ac cognitis ejusdem causæ meritis, de Dominorum Co-Auditorum nostrorum consilio, & assensu, quibus de ipsius causæ meritis relationem plenariam fecimus fidelem, & nostram difinitivam in scriptis tulimus, & promulgavimus sententiam in hunc, qui sequitur modum. CHRISTI NOMINE INVOCATO. Pro Tribunali sedentes, & solum Deum præoculis habentes, per hanc nostram difinitivam sententiam, quam de Dominorum Co-Auditorum nostrorum consilio, & assensu in his scriptis ferimus, in causa, & causis coram nobis vertentibus in prima inter Reverendos Dominos Priorem, & Capitulum, ac Operarium fabricæ Cathedralis Ecclesiæ Oxomensis Reos conventos ex una, & Archi-Presbyteros de Gomara, Rabanera, & del Campo Oxomensis Diocesis, dictorumque Archi-Presbyteratum Cleros, & forsitan alios, de quibus in actis Actores, de, & super non facienda solutione dimidiarum annatarum Beneficiorum pro tempore vacantium, dictæ fabricæ, rebusque alijs in actis causæ, & causarum hujusmodi latius deductis, ex alia partibus: DICIMUS, pronuntiamus, & declaramus Priorem, Capitulum, & Operarium fabricæ Ecclesiæ Oxomensis ab impetitionibus, molestationibus, & vexationibus per Archipresbyteros, & Cleros præfatos eidem fabricæ super præmissis, prout in actis, factis, & illatis de, & super non facienda eidem fabricæ solutione dimidiarum annatarum præfatarum de Beneficijs sub dictis tribus

*Spontanea
cessio. Et re-
nuntiatio cau-
sæ per Archi-
Presbyterat-
us facta re-
fertur.*

*Sententia Di-
finitiva S. Ro-
ta.*

*Pronuntio
Sententia*

*Actio Ar-
chi-Presby-
teratus ad au-
tentiam re-
peritacione
expediamus.*

Archi-Presbyteratibus de Gomara, Rabanera, & del Campo existentibus, pro tempore vacantibus, & vacaturis, ABSOLVENDOS FORE, ET ESSE, PROUT ABSOLVIMUS; impetitiones, molestationes, perturbationes, inquietationes, vexationes, renitentias, contraventiones, & impedimenta quaecumque per dictos Archi-Presbyteros, & Cleros eidem Priori, Capitulo, & Fabricæ, seu ejus Operario quomodolibet factas, & facta, illatas, & illata, FUISSE, ET ESSE TEMERARIAS, INIQUAS, INJUSTAS, ac temeraria, iniqua, & injusta, & de facto præsumptas, & præsumpta, illasque, & illa eisdem, Archi-Presbyteris, & Clericis minime facere licuisse, nec licere de jure; ET PROPTEREA EISDEM ARCHI-PRESBYTERIS, ET CLERIS PERPETUUM SILENTIUM IMPONENDUM FORE, ET ESSE, prout imponimus; articulum condemnationis vel absolutio- nis expensarum pro parte dictorum Prioris, Capituli, ac Operarij legitime coram nobis in hujusmodi causa factarum usque ad diem quo dicti Archi-Presbyteri, & Clerici recesserunt á lite, nobis, vel cui de jure competierit reservantes. Hujusmodi definitiva sententia taliter erat subscripta: Ita pronunciavi ego Julius Oradinus Rotæ Decanus. QUÆ QUIDEM definitiva sententia, ut præfertur per Nos lata, & promulgata, Nos ad providi Viri Magistri Francisci Veltrani Colouel in Romana Curia Causarum, & Reverendorum Dominorum Decani, Capituli, & Operarij fabricæ Cathedralis Ecclesiæ Oxomensis Principalium, in præinsertis commissione, & sententia principaliter nominatorum, Procuratoris instantiam, de cujus procurationis mandato legitimis constat documentis, præfatos Archi-Presbyteros, & Clerum de Gomara, Rabanera, & del Campo, ex adverso Principales, omnesque alios, & singulos sua communiter, vel divisim interesse putantes, eorumque Procuratores, si qui erant in Romana Curia, pro eisdem, ad videndum, & audiendum omnes, & singulas expensas pro parte dictorum Reverendo-
rum

*Pronuntiatio
Sententiæ.*

*Citatio Ar-
chi-Presbyte-
ratorum ad au-
diendum su-
per taxatione
expensarum.*

rum Dominorum Prioris , Capituli , ac Operarii fabricę Ecclesię Cathedralis Oxomensis Principalium inductione , & prosecutione Litis , & Causę hujusmodi usque ad diem quo dicti Archi-Presbyteri , & Cleri ex adverso Principales à Lite , & Causa hujusmodi recesserunt quomodolibet factas , & in quibus dicti Archi-Presbyteri , & Cleri ex adverso principales prædicti per sententiam sententialiter condemnati existunt, taxari , et moderari , sententiamque præinsertam , et expensarum taxationem hujusmodi exequi , et executioni debitę demandari , Litterasque , sive Processus executoriales desuper opportunas, et in forma solita , et consueta juxta , et secundum certę Bullę facultatis per felicis recordationis Pium Papam Quartum Reverendis Patribus Dominis Sacri Palatii Apostolici Causarum Auditoribus desuper concessę , vim , formam , tenorem , et continentiam decerni , et concedi ; vel dicendum , et causam si quam habebant rationabilem quare præmissa fieri non debebant , allegandum , per audientiam litterarum contradictarum Domini nostri Papę citari mandavimus , & fecimus ad certum peremptorium terminum competentem , videlicet ad diem , & horam infrascriptos , quibus quidem die , & hora advenientibus comparuit in iudicio legitime coram nobis præfatus providus vir Magister Franciscus Beltrani in Romana Curia causarum , & dictorum Dominorum Prioris , & Capituli , ac Operarii Principalium Procurator , de cujus procurationis mandato in , et ex actis causę hujusmodi legitimis nobis constat documentis , & eo nomine procuratorio , & citatorio prædictorum in quadam citatione audientię pergamini cedula á nobis emanata , nostrisque voluntate , & mandato in dicta audientia litterarum contradictarum posita , lecta , signata , & sigillata , ac in ibi debitę executioni demandata , & per eum facta , realiter , & in scriptis reportata , contemptorum non comparentium contumaciam acusavit , ipsosque contumaces reputari , & in eorum contumaciam

-restituere
 -sententia
 -contumacia
 -in expensis
 -in absentia
 -in contumacia
 -in archiepiscopatu
 -in presbyteratu
 -in curia

Executio sententiae, & condemnatio- nis expensarum in absentia, & contumacia Archi-Presbyteratum.

omnes, & singulas expensas pro parte dictorum Reverendorum Prioris, Capituli, ac Operarii fabricæ Ecclesiæ Oxomensis Principalium, usque ad diem, quo dicti Archi-Presbyteri, & Cleri ex adverso Principales à lite receserunt, sicut per præinsertam sententiam, sententialiter condemnati existunt, taxari, & moderari; necnon sententiam, & taxationem expensarum hujusmodi exequi, & executioni debitè demandari, literasque, sive Processus executoriales desuper opportunas juxta, & secundum motus proprii felicis recordationis Pij Papæ Quarti desuper editi vim, formam, continentiam, & tenorem in forma solita, & consueta decerni, & concedi per nos debita cum instantia postulavit. Nos tunc JULIUS ORADINUS Auditor, & Executor prædictus Cleros citatos non comparentes reputavimus, non in merito, prout erant, justitia suadente, contumaces, & in eorum contumaciam, attendentes postulationem hujusmodi fore justam, & consonam, rationi consonam, quodque parum prodesset sententias proferre, & expensas taxare, nisi debitæ executioni demandarentur, ac volentes dictum motum proprium Pij Papæ Quarti ad effectum debitum deducere, ut tenemur. Id circo auctoritate Apostolica nobis commissa, qua fungimur in hac parte, primitus omnibus, & singulis expensis suprascriptis, ut præmittitur, pro parte Dominorum Prioris, & Capituli, ac Operarii fabricæ Ecclesiæ Cathedralis Oxomensis Principalium factis, & in quibus Archi-Presbyteri, & Cleri de Gomara, Rabanera, & del Campo ex adverso Principales, per Nos sententialiter condemnati existunt, provida moderatione prævia per Nos rite taxatis, & moderatis, & juramento ejusdem providi viri Magistri Francisci Beltrani Procuratoris desuper legitime subsecuto, quod ejus principales in hujusmodi causa, sive litis prosecutione tantum, & ultra exponere habuit, sententiam præinsertam, expensarum taxationem prædictas exequendas, & executioni debitè demandandas, literasque sive Procesus Executoriales de-

super opportunas juxta dicti motus proprii felicitis recordationis Pij Papæ Quarti desuper editi, vim, formam, continentiam, & tenorem in forma solita, & consuetata decernendum, & concedendum duximus, & decrevimus, prout decernimus, & concedimus per præsentés sub modificatione infrascripta. QUÆ OMNIA, & singula præmissa, & hunc nostrum Processum, ac in eis contenta Vobis omnibus, & singulis supradictis, quibus præsens noster Processus dirigitur, intimamus, insinuamus, & notificamus, ac ad vestram, & cujuslibet vestrum notitiam deducimus, & deduci volumus, per præsentés; Vos nihilominus, & vestrum quemlibet auctoritate prædicta tenore præsentium requirimus, & monemus, primo, secundo, tertio, ac vobis, & vestrum cuilibet in virtute Sanctæ Obedientiæ, & sub infrascriptis sententiarum pœnis districtè præcipiendo, mandamus, quatenus infra sex dierum spatium post præsentationem, seu notificationem præsentium, & requisitionem vobis, seu alteri vestrum pro parte dictorum Reverendorum Dominorum Prioris, & Capituli, ac Operarij fabricæ Ecclesiæ Cathedralis Oxomensis Principalium desuper factas immediate sequentium, quorum sex dierum duos pro primo, duos pro secundo, & reliquos duos dies vobis universis suprascriptis pro tertio, & peremptorio termino, ac monitione Canonica assignamus, eosdem Reverendos Dominos Priorem, & Capitulum, ac Operarium fabricæ Ecclesiæ Oxomensis Principales ab impetitionibus, oppressionibus, molestationibus, vexationibus, perturbationibus, & impedimentis ipsis per præfatos Archi-Presbyteros, & Cleros de Gomara, Rabanera, & del Campo ex adverso Principales, de, & super non facienda solutione dimidiarum annatarum Beneficiorum pro tempore vacantium dictæ fabricæ Oxomensis Ecclesiæ, & illarum occasione, quomodolibet factis, præstitis, & illatis, defendatis, & tueamini, & ab alijs defendi, & tueri faciatis, & procuretis, nec eos à dictis Archi-Presbyteris,

*Intimatio, &
notificatio hu-
jus Processus.*

*Monentur Ar-
chi-Presby-
teri, & Cleri
ad solutionem
annatarum.*

& Clericis de Gomara, Rabanera, & del Campo ex adverso Principalibus, de, & super non facienda solutione dimidiarum annatarum Beneficiorum sub dictis tribus Archi-Presbyteratibus de Gomara, Rabanera, & del Campo existentium pro tempore vacantium, & vacaturorum, et illarum occasione quoquomodo molestari, impeti, inquietari, perturbari, et impediri permittatis: Vos quoque Archi-Presbyteri, et Cleri de Gomara, Rabanera, et del Campo ex adverso Principales, ab impetitionibus, molestationibus, vexationibus perturbationibus, et impedimentis præmissorum occasione factis, et illatis penitus, et omnino desistatis, nec eosdem Dominos Priorem, et Capitulum, ac Operarium fabricæ Ecclesiæ Cathedralis Oxomensis Principales, de, et super dicta facienda solutione dimidiarum annatarum Beneficiorum pro tempore vacantium, et vacaturorum, et illarum occasione, de cætero molestetis, impetatis, perturbetis, vexetis, aut impediatis, seu impetere, molestare, vexare, perturbare, seu quomodolibet impedire præsumatis. MONEMUS insuper modo, et forma præmissis, et sub eisdem inscriptis sententiarum pœnis Vos Archi-Presbyteros, et Cleros de Gomara, Rabanera, et del Campo detentores prædictos quatenus infra triginta dierum spatium post præsentationem, et requisitionem vobis vigore præsentium pro parte dictorum Dominorum Prioris, Capituli, et Operarij fabricæ Ecclesiæ Cathedralis Oxomensis Principalium desuper factas immediate sequentium, quorum triginta dierum decem pro primo, decem pro secundo, et reliquos decem dies vobis pro tertio, et peremptorio termino, ac monitione Canonica assignamus, eisdem Reverendis Dominis Priori, Capitulo, ac Operario fabricæ Ecclesiæ Cathedralis Oxomensis Principali- bus, vel eorum legitimo Procuratori, ad hoc sufficienti mandato sufulto pro eo de prædictis per ipsos Dominos Priorem Capitulum, et Operarium fabricæ Principales, seu eorum nomine, in hujusmodi causa factis,

et

Monentur Archi-Presbyteri, & Cleri ad solutionem expensarum.

et per Nos ut præmittitur taxatis, et alijs similibus ducatis auri de Camera, in, et pro expeditione nostri præsentis Processus expositis, in quibus quatuor ducatis Vos etiam condemnavimus, et Processum nostrum hujusmodi taxavimus ad eosdem, prout condemnamus, et taxamus per præsentis, condignam satisfactionem, et solutionem impendatis realiter, et cum effectu, aut medio tempore conveniatis, et concordetis super præmissis amicabiliter cum eisdem. INHIBEMUS præterea modo, et forma præmissis vobis omnibus, et singulis supradictis, et generaliter quibuscumque alijs cujuscumque status, gradus, ordinis, vel conditionis existant, ne præfatis Dominis Priori, Capitulo, et Operario fabricæ Principalibus, vel eorum Procuratori quominus de dictis ducatorum summis ratione expensarum condigna satisfactio, et solutio impendatur, omniaque alia supra, et infrascripta suum debitum consequantur effectum, impedimentum aliquod præstetis, seu præstent, ac impediuntibus ipsos Dominos Priorem, Capitulum, ac Operarium fabricæ Principales, vel eorum Procuratorem super præmissis in aliquo detis, vel dent auxilium, consilium, vel favorem publice, vel occulte, directe, vel indirecte, quovis quæsito colore, vel ingenio. QUOD SI FORTE præmissa omnia, et singula non adimpleveritis, mandatisque, monitionibus, et inhibitionibus nostris hujusmodi, imo verius Apostolicis non parueritis, seu paruerint cum effectu Nos in vos, et ipsos omnes, et singulos suprascriptos, qui culpabiles fueritis, seu fuerint in præmissis, ac in contradictores quoslibet, et rebelles, ac impediuntibus ipsos Dominos Priorem, Capitulum, ac Operarium fabricæ Principales, vel eorum Procuratorem super præmissis in aliquo, ipsumque impediuntibus dantes auxilium, consilium, vel favorem publice, vel occulte, per se vel alium, seu alios, ex nunc prout ex tunc, et extunc prout ex nunc singulariter in singulos, dictis Canonice monitionibus præmissis, excommunicationem, in dic-

Inhibentur omnes ad impediendam executionem præmissorum.

Excommunicantur omnes, et singuli contradictores, et Rebelles.

tæ vero Ecclesiæ, ac aliarum quarumcumque Ecclesia-
 rum, et Monasteriorum Capitula, Collegia, et Con-
 ventus quæcumque in his delinquentia suspensionis à di-
 vinis, et in ipsorum delinquentium, et Rebellium Ec-
 clesias, Monasteria, et Cappellas interdicti Ecclesiastici
 sententias ferimus in his scriptis, et etiam promulga-
 mus; Vobis vero Reverendissimis, et Reverendis Pa-
 tribus Dominis Archiepiscopo, et Episcopis præfatis
 duntaxat exceptis, quibus ob reverentiam vestrarum Pon-
 tificalium Dignitatum deferimus in hac parte, si con-
 tra præmissa, vel aliquod præmissorum per Vos, vel sub-
 missas Personas feceritis prædicta sex dierum Canonica
 monitione præmissa, ingressum Ecclesiarum interdici-
 mus in his scriptis; si vero hujusmodi interdictum per
 alios sex dies dictos immediate sequentes sustinueritis,
 Vos in his scriptis, eadem Canonica monitione præ-
 missa suspendimus à Divinis; verum si præfatas inter-
 dicti, et suspensionis sententias per alios sex dies præ-
 fatos duodecim dies immediate sequentes, animis susti-
 nueritis induratis (quod absit) Vos, et quemlibet ves-
 trum in his scriptis, Canonica monitione præmissa, ex
 nunc, prout ex tunc, & extunc prout ex nunc excom-
 municationis sententia innodamus. **COETERUM** cum ad
 executionem præmissorum ulterius faciendam nequea-
 mus quoad præsens alijs arduis in Romana Curia præ-
 pediti negotijs Personaliter interesse, Universis, & sin-
 gulis Dominis Abbatibus, Prioribus, Præpositis, De-
 canis, Archidiaconis, Scholasticis, Cantoribus, Cus-
 todibus, Thesaurarijs, Sacristis, tam Cathedralium, quam
 Collegiatarum Canonicis, Parochialiumque Ecclesiarum
 Rectoribus, seu loca tenentibus eorundem, Plebanis,
 Vice-Plebanis, Cappellanis Curatis, & non Curatis,
 cæterisque Presbyteris, Clericis, Notarijs, & Tabe-
 lionibus publicis quibuscumque per Provincias, Civita-
 tes, & Dioceses prædictas, ac alias ubilibet constitu-
 tis, & eorum cuilibet in solidum super ulteriori exe-
 cutione facienda, auctoritate prædicta, tenore præsen-
 tium

Inhibentur
 omnes ad im-
 peditendam
 executionem
 præmissorum

Commissio
 plenaria ad
 executionem
 præmissorum
 Rebellis

tium commitimus plenarie vices nostras, donec eas ad Nos duxerimus revocandas, quos, & eorum quemlibet in solidum eisdem auctoritate prædicta, & tenore requirimus, & monemus primo, secundo, tertio, et peremptoriè, ipsis, et cuilibet eorum in virtute sanctæ obedientiæ, & sub excommunicationis pœna, quam in eos, & eorum quemlibet Canonica monitione præmissa ferimus in his scriptis, nisi fecerint quæ mandamus, districtè præcipiendo mandantes, quatenus infra tres dies post requisitionem ipsis, seu alteri ipsorum pro parte dictorum Dominorum Prioris, Capituli, ac Operarii fabricæ Principalium, vigore præsentium destiper factam immediate sequentes, quos tres dies ipsis, & eorum cuilibet pro omni dilatione, terminoque peremptorio, ac monitione Canonica assignamus, ita tamen quod in his exequendis unus eorum alterum non spectet, nec alter pro alio se excuset, ad Vos omnes, & singulos supradictos quibus præsens noster Processus dirigitur, Personasque, & Loca alia de quibus, ubi, quando, et quoties expediens fuerit, Personaliter accedant, seu alter eorum accedat, et hujusmodi nostros Processus, ac quæcumque in eis contenta Vobis, communiter, vel divissim legant, intiment, insinuent, et fideliter publicare procurent: Necnon prædictos Reverendos Dominos Priorem, Capitulum, ac Operarium fabricæ Ecclesiæ Cathedralis Oxomensis Principales ab impetitionibus, molestationibus, vexationibus, perturbationibus, et impedimentis ipsis per dictos Archi-Presbyteros, et Cleros de Gomara, Rabanera, et del Campo Oxomensis Diocesis ex adverso Principales, de, et super non facienda solutione dimidiarum annatarum præfatarum Beneficiorum sub dictis tribus Archi-Presbyteratibus de Gomara, Rabanera, et del Campo existentium, pro tempore vacantium, et vacaturorum, et illorum occasione factis, præstitis, et illatis, tueantur, et defendant, ac tueri, et defendi, ipsisque, et eorum Procuratori legitimo pro eis, ac dictis Ducatorum sum-

Contra dictos
 res, & Re-
 belles domini-
 tatem can-
 quam publicè
 excommunicat
 22

Aggravatio
 Processuum
 contra excom-
 municatos de
 munitates

mis debitam, et condignam satisfactionem ratione expensarum usque ad diem quo dicti ex adverso Principales à lite recesserunt, & alias, ut præmititur taxatis, impendi faciant, et procurent infra terminos superius annotatos: Et si forsàn, quod non credimus, Archi-Presbyteri, et Cleri de Gomara, Rabanera, et del Campo ex adverso Principales, ac Contradictores, et Rebelles prædicti, in mandatis, monitionibus, requisitionibus, et inhibitionibus, et Processibus nostris hujusmodi, imò verius Apostolicis, infra dictos eis respective terminos superius expressos, parere, et obedire neglexerint, aut recusaverint, pœnas, sententias, et censuras prædictas in eos, ut præmititur, latas, damnabiliter incurrendo, ex tunc prædictis Sub-Delegatis nostris sub dicta excommunicationis pœna committimus, et mandamus quatenus singulis diebus Dominicis, et festivis in suis Ecclesiis, Monasteriis, et Cappellis infra Missarum, et aliarum Horarum Divinarum solemnias, ac alias ubi, quando, et quoties expedierit, et pro parte dictorum Reverendorum Dominorum Prioris, Capituli, et Operarii fabricæ Ecclesiæ Cathedralis Oxomensis Principalem desuper requisiti fuerint, seu alter eorum fuerit requisitus, præfatos ex adverso Principales, cæterosque contradictores, et rebelles prædictos sicut excommunicatos publicos denuntient, et ab aliis quantum in eis fuerit, denuntiari faciant, donec, et quousque aliud à Nobis, vel Superiori nostro super hoc habuerint in mandatis. Si vero dicti Archi-Presbyteri, et Cleri, ex adverso Principales, Contradictoresque, et Rebelles prædicti dictam excommunicationis sententiam per decem dies illius denuntiationem immediate sequentes, pertinaciter substinuerint, nos ex tunc, quia crescente contumacia, & innobedientia crescere debet et pœna, ne facilitas pœnæ audaciam tribuat delinquendi, Processus nostros hujusmodi aggravamus, dictis Sub-Delegatis nostris modo, et forma præmissis præcipientes, quatenus singulis Diebus Dominicis, et festivis in suis Ecclesiis, Monasteriis

Contradictores, & Rebelles denuntientur tanquam publicè excommunicati.

Aggravatio Processuum contra excommunicatos denuntiatos.

riis, et Cappellis infra Missarum, et aliarum Horarum
solemnia dictam excommunicationis denuntiationem rei-
terando, et innovando eosdem Archi-Presbyteros, et Cle-
ros ex adverso Principales, ac Contradictores, et Re-
belles, sicut præmititur, excommunicatos denuntiatos no-
minatim campanis pulsatis, candelis accensis, et demum
extinctis, et in terram projectis, cruce erecta, et reli-
giose induta aquam benedictam aspergendo ad fugan-
dum Dæmones, qui eos detinent ligatos, et laqueis suis
catenatos, orando quod Dominus noster Jesus Christus
ipsum ad Catholicam fidem, et Sanctæ Matris Ecclesiæ
gremium reducere dignetur, nec eos in talibus perversi-
tate, et duritia dies eorum finire permitat, cum de-
cantatione Responsorij: REVELABUNT CŒLI INIQUITA-
TEM JUDÆ, &c. et Psalmi: DEUS LAUDEM MEAM NE
TACUERIS &c. Cum Antiphona: MEDIA VITA IN MORTE
SUMUS TOTALITER: et his finitis ad januas Ecclesiarum
suarum una cum Clericis, et Parochianis accedant ad
terrorem, ut eo citius ad obedientiam redeant, tres
lapides versus Domus habitationum suarum projiciant
in signum maledictionis æternæ, quam Deus dedit Da-
than, et Abiron, quos terra sustinere non potuit, sed
justo Dei judicio illos absorbit ut in infernum des-
cenderent viventes, etiam post Missam, ut in Vesp-
ris, aliisque Horis Canonicis, et Sermonibus, et precati-
onibus, ac prædicationibus publicis solemniter publicent,
et denuntient, ac ab aliis quantum in eis fuerit, publi-
cari, et denuntiari, ac ab omnibus Christi fidelibus ar-
tius evitari faciant, donec aliud á nobis, vel Superiori
nostro super hoc receperint in mandatis. Verum si prædicti
denuntiatos aggravati aggravationem hujusmodi per alios de-
cem dies illius publicationis, et dictos decem immediate
sequentes, animis, quod absit, sustinuerint induratis, Nos
ex tunc, quia perversorum audacia præsumptiva id exi-
git, ut unica pœna non contenti fortioribus arceantur
pœnis, ne fides illorum lædatur, qui suis Superioribus
semper obedientiam impenderunt, processus nostros hu-
jus-

Contra Par-
denuntiatos

*Reaggrava-
tio Proces-
sum contra
Denuntiatos
aggravatos.*

Contra Participantes.

jusmodi reaggravamus, supradictis Sub-Delegatis nostris ut supra mandantes, quatenus dicta auctoritate Apostolica omnes, et singulos Christi fideles utriusque sexus homines, et præsertim familiares, et servitores denuntiatorum, et aggravatorum hujusmodi, modo, et forma præmissis moneant, et requirant primo, secundo, et tertio, et peremptoriè, prout etiam Nos monemus, et requirimus eosdem ipsos, et eorum cuilibet in virtute sanctæ obedientiæ, et sub excommunicationis pœna districtius injungentes quatenus infra sex dies monitionis, et requisitionis hujusmodi ipsis factæ immediatè sequentes, quos dies ipsis, et eorum cuilibet pro omni dilatione, terminoque peremptorio, ac monitione Canonica assignent, prout Nos eisdem assignamus, à participatione, communicatione, familiaritate, et servitio ipsorum denuntiatorum aggravatorum penitus, et omnino desistant, nec cum eis, vel eorum aliquo serviendo, loquendo, conversando, cibum, potum, aquam, vel ignem, aut alia necessaria ministrando, aliquo humanitatis solatio, præterquam in casibus, et Personis à jure permisis participare præsumant, seu aliquis eorum præsumat: et si contrarium fecerint, Nos in eos, et eorum quemlibet cum dictis denuntiatis aggravatis rebelliter participantes, et contra facientes ex nunc prout ex tunc, et ex tunc prout ex nunc dicta sex dierum Canonica monitione præmissa, excommunicationis sententiam ferimus in his scriptis, et etiam promulgamus, dictis Sub-Delegatis nostris modo, et forma præmissis districtè præcipiendo mandantes quatenus singulis Diebus Dominicis, et festivis in suis Ecclesiis, Monasteriis, et Cappellis infra Missarum, et aliarum præscriptarum Horarum Solemnia, ac ubi, quando, et quoties expedierit, prædictos Christi fideles, familiares, et servitores, qui cum dictis denuntiatis, et aggravatis rebelliter participaverint, excommunicatos tandem denuntient, et ab aliis quantum in eis fuerit, publicari, denuntiarì, et ab omnibus Christi fidelibus arctius evitari faciant donec, quousque ab-

Reaggravamus
 ut supra
 mandantes
 quatenus
 dicta auctoritate
 Apostolica
 omnes, et
 singulos
 Christi fideles
 utriusque
 sexus
 homines,
 et præsertim
 familiares,
 et servitores
 denuntiatorum,
 et aggravatorum
 hujusmodi,
 modo, et
 forma
 præmissis
 moneant,
 et requirant
 primo,
 secundo,
 et tertio,
 et peremptoriè,
 prout etiam
 Nos monemus,
 et requirimus
 eosdem ipsos,
 et eorum
 cuilibet
 in virtute
 sanctæ
 obedientiæ,
 et sub
 excommunicationis
 pœna
 districtius
 injungentes
 quatenus
 infra
 sex dies
 monitionis,
 et requisitionis
 hujusmodi
 ipsis factæ
 immediatè
 sequentes,
 quos dies
 ipsis, et
 eorum
 cuilibet
 pro omni
 dilatione,
 terminoque
 peremptorio,
 ac monitione
 Canonica
 assignent,
 prout Nos
 eisdem
 assignamus,
 à participatione,
 communicatione,
 familiaritate,
 et servitio
 ipsorum
 denuntiatorum
 aggravatorum
 penitus, et
 omnino
 desistant,
 nec cum eis,
 vel eorum
 aliquo
 serviendo,
 loquendo,
 conversando,
 cibum,
 potum,
 aquam,
 vel ignem,
 aut alia
 necessaria
 ministrando,
 aliquo
 humanitatis
 solatio,
 præterquam
 in casibus,
 et Personis
 à jure
 permisis
 participare
 præsumant,
 seu aliquis
 eorum
 præsumat:
 et si
 contrarium
 fecerint,
 Nos in eos,
 et eorum
 quemlibet
 cum dictis
 denuntiatis
 aggravatis
 rebelliter
 participantes,
 et contra
 facientes
 ex nunc
 prout ex
 tunc,
 et ex tunc
 prout ex
 nunc
 dicta sex
 dierum
 Canonica
 monitione
 præmissa,
 excommunicationis
 sententiam
 ferimus
 in his
 scriptis,
 et etiam
 promulgamus,
 dictis
 Sub-Delegatis
 nostris
 modo, et
 forma
 præmissis
 districtè
 præcipiendo
 mandantes
 quatenus
 singulis
 Diebus
 Dominicis,
 et festivis
 in suis
 Ecclesiis,
 Monasteriis,
 et Cappellis
 infra
 Missarum,
 et aliarum
 præscriptarum
 Horarum
 Solemnia,
 ac ubi,
 quando,
 et quoties
 expedierit,
 prædictos
 Christi
 fideles,
 familiares,
 et servitores,
 qui cum
 dictis
 denuntiatis,
 et aggravatis
 rebelliter
 participaverint,
 excommunicatos
 tandem
 denuntient,
 et ab aliis
 quantum
 in eis
 fuerit,
 publicari,
 denuntiarì,
 et ab omnibus
 Christi
 fidelibus
 arctius
 evitari
 faciant
 donec,
 quousque
 ab-

solutionis beneficium desuper meruerint obtinere. PRÆ-
 Terea, si præfati denunciati aggravati, & reaggravati, nec
 aggravationem nostram hujusmodi per alios decem dies
 illius denuntiationis, & supradictos viginti dies imme-
 diate sequentes, dictas nostras sententias pertinaciter
 sustinuerint Faraonis duritiam immitando ad modum as-
 pidum surdarum aures suas obturantium ne vocem au-
 diant incantantium, Nos ex tunc omnes, & singulas
 Civitates, Terras, Oppida, Castra, Villas, Suburbia,
 & quarumcumque Ecclesiarum Collegia, Parochias, &
 alia quæcumque loca in, sub quibus, & ad quæ de-
 nuntiatos aggravatos, & reaggravatos prædictos, aut eo-
 rum aliquem morari, declinare, seu devenire contige-
 rit, quamdiu ibidem fuerint, seu aliquis eorum fuerit
 Ecclesiastico supponimus interdicto supradictis Sub-De-
 legatis nostris sub dicta excommunicationis pœna mandan-
 tes, quatenus ex tunc quandiu iidem denunciati, aggra-
 vati, & reaggravati in locis prædictis fuerint, seu ali-
 quis eorum fuerit, cesent, & ab alijs cesare faciant à
 Divinis, quam quidem cessationem, etiam per tres dies
 continuos post ipsorum denuntiatorum aggravatorum, &
 reaggravatorum, vel alterius eorundem ab inde reces-
 sum observent, et continuent, ac ab alijs quantum in
 eis fuerit observari, et continuari faciant, et permitant;
 ita, et taliter quod hujusmodi stante interdicto, nulla
 Ecclesiastica Sacramenta in, et sub eidem locis, in qui-
 bus dicti denunciati aggravati, et reaggravati fuerint, seu
 aliquis eorum fuerit, ministrentur nisi Pœnitentia, et
 Baptismus omnibus indiferenter, Eucharistia infirmis
 tantum, et Matrimonium sine Ecclesiastica solemnita-
 te contrahatur: In ibique, et sub eisdem Locis dece-
 dentibus Ecclesiastica denegetur sepultura. DEMUM si
 præfati denunciati aggravati, et reaggravati, ac interdicti
 interdictum hujusmodi per alios decem dies ipsius pu-
 blicationis, et dictos triginta dies immediate sequen-
 tes sustinuerint, ac Processibus, mandatis, moni-
 tionibus, inhibitionibus nostris hujusmodi, imo verius

*Quæcumque
 loca ubi Re-
 aggravati mo-
 rentur Eccle-
 siastico inter-
 dicto suppo-
 nuntur, cum
 cessatione à
 Divinis.*

*Invocatio
Brachij Sæ-
cularis con-
tra Interdic-
tos.*

Apostolicis , non paruerint cum effectu (quod Deus avertat) Nos ex tunc quia mucrone non proficiente Ecclesiastico , temporalis saltem gladius non immerito suffragatur , auxilium Brachij sæcularis duximus invocandum , ut quos Dei timor à malo non revocat , temporalis saltem coerceat severitas disciplinæ. Hin est quod Vos Illustrissimum , et Serenissimum , ac Catholicum Principem , et Dominum , Dominum Philippum Regem Hispaniarum antedictum , præfati gladij in illis partibus principalem vibratorem , et justitiæ zelatorem in Domino exhortamur , Vosque Dominos Duces , Comites , Marchiones , Varones , Pro-Consules , Magistros , Cininos , Scabinos , Judices , Officiales , et alios supradictos jurisdictionem temporalem , et ordinariam per Vos , vel alium , seu alios exercentes , quibus præsens noster Processus dirigitur , dicta auctoritate , tenore præsentium requirimus , et monemus primo , secundo , tertio , et peremptorie Vobis , et vestrum cuilibet in virtute sanctæ obedientiæ , et sub excommunicationis pœna , quam in Vos , et vestrum quemlibet canonica monitione præmissa ferimus in his scriptis , nisi feceritis quæ mandamus , districtè præcipiendo mandantes quatenus infra sex dierum spatium post supradictos terminos subcesive præ expresos , necnon notificationem , et publicationem præsentium Vobis , seu alteri vestrum in vestris Territorijs , Jurisdictionibus , et Districtibus , ac requisitione pro parte dictorum Prioris , Capituli , ac Operarij fabricæ Cathedralis Ecclesiæ Oxomensis Principalium , desuper factas immediate sequentes , quorum sex dierum duos pro primo , duos pro secundo , et reliquos duos dies vobis , et vestrum cuilibet pro tertio , et peremptorio termino , ac monitione Canonica assignamus , Vos omnes , et singuli Domini Temporales antedicti , quorum omnium super hoc auxilium Brachij sæcularis invocamus , quoties , & quando pro parte dictorum Dominorum Prioris , Capituli , ac Operarij fabricæ Ecclesiæ Cathedralis Oxomensis Prin-

